Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793730-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793730-p0002-2

1766,32. 40.

D. CAROLVS FERDINANDVS HOMMEL
ECCLESIAE CATHEDRALIS MARTISBVRGICAE CAPITVLARIS. SERENISSIMO ELECTORI SAX. AVLAE IN REBVS IVSTITIAE CONSILIARIVS ACTVALIS. CVRIAE IN PROVINCIA SVPREMAE ASSESSOR INTER DOCTORES PRIMARIVS. DECRETALIVM P. P. O. FACVLTATIS IVRIDICAE LIPSIENSIS ORDINARIVS ET DECANVS PERPETVVS. ACADEMIAE CONSILIARIVS. DECEMVIR ET HOC TEMPORE PROCANCELLARIVS

# SOLENNIA DOCTORALIA

DOCTISSIMI CANDIDATI

LVDOVICI KOCHII

LEVCOPETRANI

DIE IV. SEPTEMBR. MDCCLXVI. CELEBRANDA

INDICIT.

---

## RHAPSODIA

*Quaeſtionum in foro quotidie obvenientium, neque tamen legibus deciſarum.*

Collectio XII. et Tomi I. vltima.

---

LIPSIAE
LITTERIS VIDVAE LANGENHEMIAE.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793730-p0003-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793730-p0004-3

## *Sententia diſtributionis in concurſu creditorum anne vires rei iudicatae vnquam conſequatur?*

Sententiam diſtributionis in concurſu creditorum perperam ſententiam vocari, ſed rem meri calculi eſſe, quondam exiſtimauit collegium. Iam vero putamus vires rei iudicatae eam nanciſci, modo non ſit ſententiae locationis contraria. Tunc enim nunquam abit in rem iudicatam, ſed etiam poſt decendium impugnari poteſt, quoniam ipſo iure nulla eſt, cum in duabus rebus iudicatis ſibi contrariis poſterior negligatur, *L. 1. C. quando prou. non eſt nec.* Idem error calculi in rem iudicatam nullo tempore tranſit. *O. P. R. ad tit. 35. §. 2.* Caetera autem vires ſuas poſt decendium omnino nanciſcuntur.

## *Nemo aquam publicam ex riuo ad ſua ſiue prata ſiue molas deriuet.*

De aqua publica (ſed publicum omne flumen in dubio praeſumitur) ad nos deriuanda, aut ſi quid fiat in flumine, quo aliter aqua fluat, vti priore aeſtate fluxit, inconſtans iuris conſultorum opinio. Sunt, enim qui exiſtimant, ſi aliquid in ſuo quis aedificet, quo flumen ad ſe deriuetur, cum hoc iure fiat, eum nemini facere iniuriam, *L. 26. ff. de damn. infect.* ſi quidem multum interſit, an damnum quis faciat, aut tantum lucro vti prohibeat. *L. 9. ff. de ſeruit. praed. vrb. L. 1. ff. de ſeruit. praed. vrb. L. 1. ſ. 21. ff. de aqua et aqua pluu. arc.* MEVIVS *P. 8. Deciſ. 231.* adeoque omnino licere opere manu facto flumen ad ſuum molendinum aut pratum deriuare. *L. 1. §. 7. ff. ne quid in flum.* vt et LABEO innuiſſe videatur, in *L. 2. §. 9. ff. de aqua et aquae pluu.* Attamen haec lex cum non de flumine perenni ſed aqua de coelo cadente, ſiue pluuia agat, atque Labeo: non, an arcere liceat? ſed hoc tantum, an ſi quis arcuerit, actio Pluuia arcendae locum habere poſſit? diſputet, verior ſententia eorum, qui negant fieri debere, vt quis flumen, quod antea ad vicini molam fluxerat, ad molendinum vel pratum ſuum deriuet, hoc enim prohibet *tot. tit. ff. ne quid in flum. publ. L. 7. C. de ſervit. et aq. L. 2. C. de Leg. Aquil. Mühlen Ordn. Churfürſt Auguſti d. a. 1561. in Cod. Aug. T. 2. p. 699.* HERING *de Molendinis Quaeſt. 19. num. 12. et 16.* WERNHER. *P. 5. Obſ. 139.* Imo, abſque omni reſpectu ad Ordinatio-

nes molendinares, ipſum ius naturale idem praecipere vel Aeſopicus lupus docet, qui, cum putaret flumen ad ſe decurrere, de agno aquam turbante conqueritur. Si tamen nemini noceatur, dubium non eſt, quin ex aqua publica nonnihil ad nos deriuare liceat; vbi autem hoc vel minimum damnum aut nauigationi aut priuato etiam homini afferat, noui operis nunciatio in promtu eſt. Secundum haec ſaepius eum, qui in ſuo ſundo aggerem fecerat, quo ad ſe deriuaret aquam publicam ad demoliendum condemnauimus: *Dennoch aber und dieweil, wenn auch Beklagter die Steine auf ſeinem eigenen Grund una Boden an dem Graben aufgeſetzet haben ſolte, dieſes ihm gleichwohl zu keiner Ausflucht gereichet, ſondern genug iſt, daſs ſolches Werk neuerlich errichtet und hierdurch Klægerin das Waſſer, wo nicht ganz entzogen, doch wenigſtens geſchmælert worden, ſintemalen die Regel, daſs ein jeder in ſeinem Eigenthume nach Gefallen bauen möge, je zuweilen ihren Abfall leidet:* Si enim tam alte fodiam in meo, vt paries tuus ſtare non poſſit, damni infecti ſtipulatio committitur. L. 24. §. fin. ff. de damn. infect. L. 1. §. 4. in fin. ff. de aq. et aq. pluu. L. 24. §. fin. ff. de damn. infect. *übrigens der in* L. 1. §. 21. ff. de aqua et aq. pluu. *vorkommende Unterſchied:* actionem tantum locum habere, ſi aqua mihi per factum ab altero aggerem noceat, non ſi non proſit, *nur bey dem vom Himmel herabfallenden und ſo dann in Goſſen und Bæchlein zuſammen laufenden Regenwaſſer, nicht aber bey einem Fluſse und öffentlichen Waſſer oder einem der Gemeinde zuſtehenden Graben anzuwenden, ſo iſt Beklagter die Steine wegzuſchaffen ſchuldig, auch den Bach durch einen Canal in ſeine Mühle abzuleiten nicht befugt.* Vide etiam Obſeruationem GCXVI.

## *Intereſſe morae in debito illiquido computatur a tempore litis motae, non vero a tempore praeſtiti ſuppletorii.*

Intereſſe morae, ſi certum petatur, neque tamen dies deſtinatus ſit, adiudicatur a tempore litis motae. Hoc ſatis notum. Quid autem, ſi incertum hoc eſt illiquidum petatur? Putant quidem non nulli, in eiusmodi re incerta intereſſe hoc peti poſſe demum ab eo tempore, quo per ſententiam illiquidum liquidum factum eſt. At verior ſententia praeualuit, vt etiamſi certa ſumma in libello exprimi nequeat, tamen intereſſe morae adiudicetur a tempore litis motae et ſic liquidum in ſententia definitiua expreſſum retrotrahatur ad tempus inſinuatae citationis. Nam ab eo tempore quilibet poſſeſſor in mala fide couſtituitur, de quo in oratione DIVI MARCI ita ſancitum: vt poſt acceptum iudicium

dicium id actori praeſtetur, qnod habiturus eſſet, ſi ab eo tempore, quo hereditatem petiit, ei reſtituta eſſet hereditas. *L. 40. ff. de heredit. petit.* Quantum autem hereditatem petens habiturus fuiſſet, demum ſpecificatione iurata eluceſcit. Itaque argumento huius legis et quia omnis hereditatis petitio incerta, eodem modo reſpondere par eſt in omnibus, vbi illiquidum petitur, iudiciis. Sic, vt ſimilia adducamus, feodum eſt reſtituendum cum fructibus a die commiſſae feloniae perceptis, eſt enim ſententia tantum declaratoria, itidem adulterio commiſſo, non a tempore ſententiae pronunciatae, ſed a momento perpetrati ſceleris maritus dotis fructus reſtituet. BERGER *Elect. Proc. Matrim.* §. 51.

## *Quae pacta realia, quae perſonalia ſint?*
## *Succeſſor ſingularis in principatu anteceſſoris pacta ſeruare tenetur.*
## *Emtor feodi non reuocat particulas beneficii alienatas.*

Ad ſucceſſorem ſingularem nullae transeunt actiones exceptionesue, niſi intuitu fundi pactum initum fuerit, quod reale pactum vocant, tunc enim omnino valet regula: Quemlibet ſui actoris iure vti, non meliore, ſiue ſit ſucceſſor vniuerſalis ſiue ſingularis *L. 17. §. 5. ff. de pact. L. 160. §. 2. ff. de reg. iur.* Vnde et ſingularis ſucceſſor in Ducatu vel Principatu omnia priuilegia, pacta et conceſſiones, quae eius anteceſſores non tanquam priuati, ſed tanquam principes inierunt, ſtatibus ſeruare tenentur. Sunt enim haec pacta in rem concepta, nec intereunt principe mortuo, cum principatus non moriatur, *cap. 5. de reſcript. in 6to.* ZIEGLER *de iure maieſtatico lib. 1. cap. 12. th. 14.* TABOR *de oblig. ſucceſſ. in offic. c. 5. th. 4.* GROTIVS *de iure B. et P. lib. 2. cap. 14. num. 12.* CARPZ. *P. 2. Conſt. 29. Defin. 21.* Quod eo minus mirum, cum etiam emtor aedium teneatur omnes transactiones anteceſſorum intuitu aedium factas conſeruare. *L. 17. §. 5. ff. de pact.* Res enim ad ſucceſſorem tranſit cum omni cauſa, quo vocabulo non ſolum commoditates omnes, v. c. vſucapiendi conditio, ſed etiam onera, vitia et vt generatim dicam, omnes qualitates continentur. *L. 2. §. 1. ff. de ſtatu liber. L. 67. ff. de contrah. emt. L. 13. §. 1. ff. de adquir. poſſeſſ.*

Alia doctrina in ſeruitutibus feodo impoſitis, quoniam hic agnati condominium habent, nec poſſeſſores fere alii quam meri fructuarii videntur, qui fundum ſeruitute onerare nequeunt. Quaerebatur: an alienatas a venditore feodi particulas emtor feodi reuoaare poſſit? Reſpondimus

dimus menſe Iunio 1756. agnatos quidem prima inueſtitura comprehenſos reuocare poſſe, non autem beneficii emtorem. *arg. L. 59. ff. de euict.* BRVNNEMAN. ad *L. 22. §. 1. ff. de euict.* MEVIVS *P. 5. Deciſ. 50.* Neque obeſt *Deciſ. nouiſſ. 17. d. a. 1746.* quoniam haec de cenſualibus et ſteuralibus allodiis, non autem de beneficiis clientelaribus, loquitur.

## *Appellatio per ſaltum non ſuſpendit ſententiam.*

## *Appellatio, quae non ad committentem ſed committentis ſuperiorem dirigitur, tanquam inadmiſſibilis reiicienda.*

Appellatio a commiſſario, quae non ad committentem ſed ad committentis ſuperiorem dirigitur, tanquam appellatio per ſaltum PRO DESERTA, habetur. vid. THOENIKERI *Aduoc. prudent. p. 381. ſq.* Hoc verbum cum multis diſpliceat, eam potius MENKE iu *Pandect. lib. 49. §. 15. 16.* tanquam INADMISSIBILEM reiiciendam putat. Haec cum fere in verbis ſit diſſenſio, in eo tamen vtrique conueniunt, per eiusmodi appellationem non ſuſpendi ſententiam. Quid ergo ex hoc ſequitur? Nempe hoc, vt in rem iudicatam ſententia tranſeat, ſi per ſaltum appelletur.

## *In quibus bonis nulla ſucceſſio, ex iis nulla legitima.*

In quibus bonis mihi nulla ſucceſſio competit, ex iis nulla debetur legitima. Non ergo in fideicommiſſis, feodis, aliisue rebus reſtitutioni obnoxiis. Cum autem ipſa ex definitione legitimae, quae pars dicitur eſſe bonorum, ab inteſtato debitorum, hoc facile pateat, rebus iudicatis, quas magno numero adducere poteramus, hoc corroborare nihil opus eſt. Licet enim fideicommiſſum quodammodo fuerit in bonis defuncti, falſum tamen, ex defuncti quibuscunque bonis legitimam deberi. Nam et actiones poenales ſunt in bonis *L. 32. ff. ad L. Falcid.* et dos eſt in bonis mariti *L. 21. §. 4. ff. ad municipal.* in quibus tamen, vt facile patet, nulla legitima. Immo negauerim fideicommiſſum in bonis defuncti eſſe; quoniam in bonis non eſſe intelligitur, quod aliquando euincitur. *L. 190. ff. de reg. iur.* Igitur fideicommiſſa conſiderari poſſunt tanquam aes alienum, quod ante omnia deduci debet. Aliter ſe res habet in portione ſtatutaria, quae in computanda liberorum legitima non deducitur. WERNHER *P. 1. Obſ. 99. eiusque ſupplem.*

## *Diuiſio exceptionis non numeratae pecuniae, in priuilegiatam et nec priuilegiatam, inepta.*

## *Nec in Saxonia, nec extra, actio doli in factum debitori per apocham circumuento conceditur.*

Vtrum elapſo praefinito tempore, debitor non numeratam pecuniam probaturus, audiatur? in Electorali Saxonia Deciſione 23. de anno 1746. ſatis clare definitum. Sed iure ciuili vtrum elapſo biennio haec ſiue exceptio ſiue querela, ſi debitor probationem in ſe ſuſcipere velit, inſtitui poſſit? ſequens reſponſum Senatui Ampliſſimo Bremenſi menſe April 1766. datum declarauit: *Obwohl viele Rechts Gelehrten bey der Ausflucht des nicht bezahlten Geldes den Unterſchied, daſs ſolche innerhalb der zweyjährigen Friſt, von Beklagten erwieſen werden müſte, hingegen wenn nach zwey Iahren Kläger den Beweiſs über ſich nehmen und ſeinem Gläubiger darüber das Gewiſſen rühren wolle, er damit um ſo viel eher zu hören ſey, ie weniger die Satzungen des Römiſchen Rechtes diesfals mit der natürlichen Billigkeit, die ſo viel nur immer möglich dem ſtrengen Rechte vorzuziehen, übereinkämen, nach welcher arge Liſt und Boſsheit niemanden zum Vortheil ausſchlagen darf, und wenn auch gleich feſtgeſtellet und angenommen werden wolte, daſs ein Schuldner, ſo ganzer zwey Iahre lang die Verſchreibung nachläſſiger weiſe in des Gläubigers Händen gelaſſen, ſich der eigentlich ſo genanten* exceptionis *oder auch* querelae non numeratae pecuniae *weiter nicht bedienen möge, doch allenfals nur der Nahme verändert und, ſtat gedachter* querelae, condictio ſine cauſa, *nur oder* actio doli, *oder auch weil letztere ebener maaſen nach zwey Iahren dahin fället, wenigſtens* actio doli in factum perpetua *ergriffen werden dürfe, immaaſen einige Rechtslehrer ſo gar wider eine Qittung, welche durch Betrug auszuſtellen jemand überredet worden, die Ausflucht der gebrauchten Argliſt noch nach dreyſſig Tagen gelten und darüber die Gewiſſensrührung zu laſſen.* Berger Elect. Decis. For. Obſ. 4. not. 4. pag. 376. et Deciſ. 157. Wernher P. 1. Obſ. 6. in Supplem. et P. 2. Obſ. 355. Mev. P. 8. Deciſ. 21. Rivin. tit 18. Enunc. 16. *Uebrigens wenn ein Schuldner, ohne das Darlehn empfangen zu haben, bezahlen muſs, dieſes für ihn ein groſses Unglück zu nennen, dahingegen es das Anſehen gewinnet, als ob es einem Gläubiger, ſo die Zahlung wirklich geleiſtet, alſo mit guten Gewiſſen den darüber ihm zugeſchobenen Eyd zu ſchwören vermag, ziemlicher maaſen einerley ſeyn könne, ob er den Eyd ablege oder nicht? alſo daſs er dem Schuldner gegen die ausgeſtelte Handſchrift, wenn ihm das Geld bezahlet, wirklich zu ſchwören auf-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793730-p0009-5

*auferleget werde, er ſich diesfals wenig zu beklagen Urſach habe, zumal wenn, wie im gegenwärtigen Falle, Erben belanget werden, ſo nur* de credulitate *ſchwören dürfen, mithin des Gläubigers daher entſpringende Beſchwerlichkeiten geringer, als diejenigen ſcheinen, welche auf Seiten des Schuldners, wenn ihm aller Beweiſs abgeſchnitten werden ſolte, ſich hervorthün.* Dennoch aber und dieweil, *ſo bald das geſchriebene Recht nicht dunkel und ungewiſs, ſondern auf das nachdrücklichſte etwas anbefieblet, die Frage: Ob ſolches billig oder nicht? ſchlechterdings vergeblich? weil ſolchen Fals das Erkentnis lediglich nach ſolchen ungezweifelten Vorſchriften einzurichten, wie denn auch neue Eintheilungen, wo die Geſetze ſelbſt keinen Unterſchied machen, einzuführen und dadurch das Recht zu ſchwächen oder zu hinterziehen, denen Rechtsgelehrten nicht geziemet, und bey gegenwärtiger Sache* L. 14. princ. et §. 3. C. de non num. pecun. *nach Verfluſs der zweyjährigen Friſt weder* exceptionem *noch* querelam non numeratae pecuniae *weiter verſtattet, weniger die Gewiſſensrührung zuläſst, folglich, da dieſes Geſetze eben von dem Falle redet, da der Gläubiger den Beweiſs ſelbſt über ſich nehmen will, klar zu Tage lieget, daſs der von denen Rechtsgelehrten neuerlich erſonnene Unterſchied* inter exceptionem non numeratae pecuniae priuilegiatam et nec priuilegiatam *ſothanen Geſetze klar entgegen lauſe, auch dieſe gemeſſene Vorſchrift, daſs nach zwey Jahren kein Mittel weiter übrig ſeyn ſolle, durch* Nouellam 136. cap. 6. *in folgenden Worten aufs neue beſtätiget:* Si biennium praeterire contigerit neque iureiurando creditores grauamus, *und da Klägerin ſelbſt in ihrer Klage anführet, daſs ſie das* Capital *derer ſtreitigen zwey tauſend Thaler ſo wohl bey des Gläubigers Leben, als auch nach deſſen Abſterben verzinſet, ſie mehr als einmal die Richtigkeit der Schuld dadurch ſtillſchweigend anerkant, als in welchen Falle, nach aller Rechtsgelehrten, ja ſelbſt derjenigen, ſo eine* querelam non numeratae pecuniae priuilegiatam *behaupten wollen, durchgängig einſtimmende Meynung, ſowohl vermöge klarer Geſetze* L. 4. et 8. C. de non num. pecun. *ein Schuldner weiter ſich keiner rechtlichen Hülfe zu getröſten hat; Eine Unbilligkeit aber deswegen weiter nicht anzuführen, weil ſonſt alle übrigen Verjährungen, ſo zur Strafe der Nachläſſigkeit und damit derer Streitigkeiten einmal ein Ende werden möge, eingeführet ſind, ebener maaſen als unbillig verworfen werden müſten, übrigens da der Nahme einer Sache nichts weſentliches, wenig ausgerichtet wird, wenn man dieſer Klage den Tittel einer* actionis in factum *oder* Condictionis ſine cauſa *beylegen wolte, immaaſen, weil einmal die Abſicht des Geſetzgebers klar iſt, daſs nach zwey Jahren niemand mit dem Vorwande des nicht empfangenen Geldes weiter zu*

*hören*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793730-p0010-6

*hören, es eine widerrechtliche Verdrehung des Sinnes und der wahren Meynung eines ſo deutlichen Rechtes ſeyn würde, wenn man unter dem Deckmantel eines andern Nahmens, ſolcher Willens Meynung entgegen ſprechen wolte, und gleichwie* Condictio cauſa data cauſa non ſecuta *nach Verlauf zweyer Iahre bey einen* Chirographariſchen Contracts *offenbar weiter nicht angeſtellet werden mag, ob dieſe gleich ſonſt* perpetua *iſt, alſo auch von der* actione doli in factum *dieſes auf eben die Maaſe, wie von der* condictione ſine cauſa *zu ſagen ſtehet, cum ipſa exceptio doli, ſi cum exceptione non numeratae pecuniae concurrat, huius naturam imitetur atque, licet omnes exceptiones regulariter perpetuae ſint, tamen hoc caſu haec definitio ceſſet, neque doli exceptio diutius, quam exceptio non numeratae pecuniae duret, adeoque poſt biennium opponi nequeat, ſintemale widrigen Fals und wenn man nach zwey Iahren die Ausflucht der argen Liſt noch zulaſſen wolte, es eben ſoviel wäre, als ſey* exceptio non numeratae pecuniae *niemals* biennalis *worden, da allemal der Gläubiger, ſo ohne Abentrichtung die Handſchrift angenommen, gleichwohl aber aus ſolcher klagen will, boshaft handelt, wannenhero und wenn ſchon nach Maasgebung* L. 5. §. fin. D. de doli mali except. L. 5. C. de except. *nicht ſo wie* actio, *alſo auch* exceptio doli certo tempore finitur, cum exceptio doli perpetuo competat, *quoniam actor quidem in ſua poteſtate habet, quando utatur ſuo iure, is autem cum quo agitur, non habet poteſtatem quando conueniatur, dieſes doch bey der* exceptione doli, *wenn ſie mit der Ausflucht des nicht bezahlten Geldes zuſammen trift, ſeinen Abfall um deswillen leidet, weil allemal* generaliori iuri per ſpecialius *derogiret wird, im übrigen wenn jemand, ohne daſs die Rechte es erlauben, ein Eyd abzulegen angehalten werden ſoll, dieſes allerdings beſchwerlich, zumal da bey dem Eyde* de credulitate *ein empfindliches Gewiſſen ſich mehr Bedenken machet, als wenn man die Wahrheit ſelbſt beſchwören kan, wannenhero öfters geſchiehet, daſs Erben einen Vergleich deswegen einzugehen ſich veranlaſſet ſehn, und der andere Theil dadurch gefährlicher Weiſe etwas mit jener Schaden gewinnet, bey welchen Umſtänden, wenn Beklagte die Gewiſſensrührung in Fällen, wo die Geſetze dergleichen nicht zu laſſen, eifrigſt verbitten, ihnen ſolches nicht verdacht werden mag, bey welchen allen jedoch, weil Klägerin den Ausſpruch einiger Rechtsgelehrten vor ſich hat; die Unkoſten des Proceſſes derſelben füglich nicht aufzubürden; So iſt* etc.

## *Schriftſaſſicus praedii Amtſaſſici dominus coram praefecto in actione perſonali conueniri non poteſt.*

Licet nobilis praedium Amtſaſſicum poſſidens ſi, nullo ſit charactere Schriftſaſſico praeditus etiam perſonali actione conuentus Praefectum iudicem agnoſcere teneatur, tamen haec res ſe aliter habet in veris Schriftſaſſicis, vti menſe Aprili 1766. pronunciauimus: *Dieweil Klägere, daſs ſie eine hypothecariſche Klage anzuſtellen die Meynung gehabt, in denen Acten durchgängig äuſern, gleichwohl aber in der Klage, daſs Beklagte die in Tauchiſcher Flur zum Unterpfande beſchriebene Grundſtücke wirklich annoch beſitze, nicht angeführet, noch darauf Einlaſsung gefordert, hiernächſt wenn gleich die Klage als eine perſonal Schuldforderung, da auf die derſelben angehängte Schlusbitte nicht zu ſehen, erhalten werden könte, doch auch ſolchen Fals, obſchon das Ritterguth* P. *amtsäſſig iſt, und Beklagte daſelbſt ſich weſentlich aufhält, nichts deſtoweniger* actio perſonalis *vor dem Amte nicht angeſtellet werden mag, immaaſen Beklagte eines Churfürſtlichen Raths Eheweib, ſchriftſäſſige Perſonen aber kein* forum domicilii *haben, ſondern ihr Gerichtsſtand allemal dergeſtalt priuilegiret, daſs ſie wieder Willen vor eine andere Obrigkeit nicht gezogen werden mögen, und der Beſitz eines amtsäſſigen Guthes oder die Wohnung auf ſelbigen ihnen den einmal gegönten Vorzug zu benehmen nicht im Stande; So hat Klägerer Suchen ſowohl angebrachter maaſen als auch alhier nicht ſtat, ſondern es ſind ſelbige die auf dieſen Proceſs verwanten Unkoſten Beklagter zu erſtatten verbunden.* Obiter annoto HORNIVM in *iurisprudent. Feod. cap. 13. §. 7.* exiſtimare Amtſaſſicum nobilem nullo charactere inſignem etiamſi in praedio amtſaſſico non habitet, ſed alibi domicilium habeat, tamen actione perſonali coram praefecto conueniri et per requiſitoriales citari poſſe. Hoc an verum ſit, nec ne? definire in praeſenti non poſſum, quoniam quod ſupereſt ſpatium impendi debet indictioni Solennitatis Academicae, qua Vir in iure probe doctus

DOMINVS

# LVDOVICVS KOCHIVS

doctor creabitur. Natus is Leucopetrae d. XXI. Febr. CIƆ IƆCC XLI. honeſtis parentibus, patre quidem IO. GEORGIO, mercatore non

Ee

igno-

ignobili, iamdudum fatis functo, matre adhuc viuente ANNA ELISABETHA, e gente GOEHRINGORVM. Puerum priuati praeceptores litterarum initia docuere, vſque dum anno CIϽIϽCCLVI. in Scholae Thomanae Lipſienſis album reciperetur, vbi quidem praeeuntibus IO. AVG. ERNESTIO, cuius ſingularem in ſe beneuolentiam veneratur atque IO. FRIDERICO FISCHERO, litteris potiſſimum iis, quae ad humanitatem pertinet, operam nauauit. Hac doctrina inſtructus tranſiit in Academiam, Rectore Magnifico IO. HENR. WINCKLERO Anno CIϽIϽCCLVIIII. cuius quoque auſpiciis Philoſophiae, quem vocant, curſum feliciter perfecit. Ad iuris autem, quam nunc profitetur, ſcientiam duces fuerunt: pie defunctus IO. GOTH. BAVER, IO. GOTH. SAMMETIVS, CHR. HENR. BREVNINGIVS, CAR. RVDOLPH. GRAEFIVS, IO. THEOPH. SEGER, et ego ipſe, quibus quidem praeceptoribus ampliſſimum iuris, nec non hiſtoriae iuris vniuerſi, qua patet, campum non infauſto ſucceſſu emenſus eſt. Omnium autem fidelem inſtitutionem laudat, inprimis vero Breuningii atque Segeri fauorem et beneuolentiam grata mente agnoſcit. Finito ſtudiorum curſu, die XVI. Nou. CIϽ IϽCCLXIII. quaedam iuris controuerſi capita praeſide BREVNINGIO defendit, atque examine, quod Iuris Canditatis eſt ſubeundum, d. XXI. eiusdem menſis et anni, ſuperato, ceteriſque ſpeciminibus exhibitis numero Aduocatorum extra ordinem a Sereniſſimo Electore adſcriptus eſt. Ex quo tempore et cauſarum patroni et iudicis partes ita peregit vt collocatarum in eum dignitatum nos non poeniteat. Nam cum rigoroſiori ſe iterum ſummitteret iudicio, nec in eo doctrinam nec, quae in cauſarum

patrono requiritur, prudentiam deſiderauimus. Nunc etiam publico coetui ſe oſtendet in cathedra, curſoriam lectionem ſuper *L. 14. C. de iure dot*, atque altero die inauguralem diſputationem *de vxore immobilia ſua ſolo conſentiente marito valide alienante*, ſolenniter habiturus. Poſt eam Vir Excellentiſſimus et Iureconſultiſſimus D. TRAVGOTT THOMASIVS, Dominus Hereditarius in Abbanauendorfio, Conſiſtorii Aſſeſſor, Facultatis Iuridicae Subſenior ampliſſimus et collega admodum dilectus, cui Promotoris munus demandaui ei ſummos in iure vtroque honores ac priuilegia tribuet. Rogo autem ea qua debeo, reuerentia MAGNIFICVM ACADEMIAE RECTOREM, ILLVSTRISSIMOS COMITES, ET RELIQVOS PROCERES, PARITER ATQVE GENEROSISSIMOS NOBILISSIMOSQVE COMMILITONES, vt celebrare hunc diem ſuaque praeſentia ornare velint. Dabam Lipſiae Dominica XIV. poſt Trinitatis MDCCLXVI.

Leipzig, Diss., 1766-H-Z
ULB Halle 3
007 391 528
TA → OL

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793730-p0016-0

1766,32. 40.

# D. CAROLVS FERDINANDVS HOMMEL

ECCLESIAE CATHEDRALIS MARTISBVRGICAE CAPITVLARIS. SERENISSIMO ELECTORI SAX. AVLAE IN REBVS IVSTITIAE CONSILIARIVS ACTVALIS. CVRIAE IN PROVINCIA SVPREMAE ASSESSOR INTER DOCTORES PRIMARIVS. DECRETALIVM P. P. O. FACVLTATIS IVRIDICAE LIPSIENSIS ORDINARIVS ET DECANVS PERPETVVS. ACADEMIAE CONSILIARIVS. DECEMVIR ET HOC TEMPORE PROCANCELLARIVS

# SOLENNIA DOCTORALIA

DOCTISSIMI CANDIDATI

## LVDOVICI KOCHII

LEVCOPETRANI

DIE IV. SEPTEMBR. MDCCLXVI. CELEBRANDA

INDICIT.

---

RHAPSODIA

## *Quaeſtionum in foro quotidie obvenientium, neque tamen legibus deciſarum.*

## Collectio XII. et Tomi I. vltima.

---

LIPSIAE

LITTERIS VIDVAE LANGENHEMIAE.

B.I.G. Farbkarte #13 Inches Centimetres Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793730-p0017-6